




*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*









1601.

Pingitzerus, Virgilius: De consuetudine.

1603.

1. Arnauus, Dominicus: De mutuo, deposito et sequestratione.

2. Pingitzer, Virgilius: De iure accrescendi.

3. Pingitzerus, Virgilius: Thesium: De iuramentis in genere, et de promissorio in specie, ex civili et canonico iure, conceptarum Censura...

1604.

Arnauus, Dominicus: Commentatus est l. 2. Cod.

de rescind. Vend., de qua responderunt: Johannes

Sibeth, Christian Schwarz, Johannes Lauterman,

Christophorus Weyse.

1606.

1. Hortlederus, Fridericus: De vero sensu l. non omnium 20 d. de ll. eiq. genuinis exemplis.



1606.

2. Pingitgerus, Virgilius: De appellatōnibus
3. Schraben, Franciscus: In controverso jure civili, canonico, feudali, sacro et provinciali, miscel. causarum questionum decades III.

1607.

Jucius, Johannes: De jurisdictione.

1608.

Theoricus, Petrus: De pactis successōis.

1609.

1. Maelfort, Wertherus Wolfgangus: De origine, auctoritate, compilationibus et definitione feudorum.
2. Jucius, Franciscus: De feudis amissionē.

1610

1. Trunaeus, Dominicus: De verborum obligationibus
2. Jucius, Johannes: De subalternationibus.



1611.

1. Arnauus, Dominicus: De jure dotium.
2. Arnauus, Dominicus: Quaestionum controversarum in jure civili, canonico, et feudali de promptissimum, Decades III.
3. Arnauus, Dominicus: De feudali successione . . .
4. Fomannus, Christophus: Decas miscellanearum in jure controversarum quaestionum.
5. Gerhardus, Aureus: De substitutionibus.
6. Milpfort, Wolfgangus Wertherus: De solutionibus.
7. Milpfort, Wolfgangus Wertherus: De remissione feudi.



1

2

3.

10

10

1

1

4

1





12933.

1611, 2

29.

16

34.

Quæstionum Controversarum.

E X

J U R E C I V I L I,

C A N O N I C O, E T F E U D A L I

Depromptarum,

DECADES TRES.

Q V A S

DEO TRININO GUBERNANTE,

*Auctoritate & permissu Nobilissimi Jctorum  
Ordinis in Academia JENENSI Florentissima,*

P R E S I D E N T E

Amplissimo & Consultissimo Viro,

D N. DOMINICO ARUMÆO,

Pandect. Professore Academiæ Salanæ cele-

berrimo, nec non Dicasterii ibidem Provincialis &  
Scabinatus Adfessore dignissimo.

P U B L I C E

*Exercitii gratia propugnabit*

THEOPHILUS HERUS ILMENSIS, THUR:

In Jctorum Auditorio.


*Ad diem 21. Junii.*

J E N Æ Prælo VVeidneriano. 1611.

*Leiternitz so juwen, Johann Luber  
Wittberga verfant, traktir so mittl. 17.*







*Amplissimis, Consultissimis, &  
Clarissimis VIRIS,*

DN. SEBASTIANO NÆVIO,  
J. U. D. Reipublicæ Erphordensis Syndico  
primario, Consiliario Anhaltino, &  
Schvartzburgico.

Dn. BERNHARDO Zenischen/ J. U. D.  
Camerae Imperialis Advocato jurato, &c.

Dn. MARCO ENTERO, J. U. D.  
Consiliario Pappenheimio in Gräventhal.

Dn. ANTONIO FABRO, M. CON-  
siliario Schvartzburgico-

Dn. RUDOLPHO Jüngern/ VIRO OR-  
dinis Senatorii Erphordensis.

*Dominis suis Patronis ac Fautoribus perpe-  
petuo observantia studio colendis.*

Disputationem hanc

In grati animi significationem, ac  
Sui commendationem

*Consecratam offert*

THEOPHILUS HERUS, AUTHOR  
& Respondens.





## QVÆSTIO I.

**Q**uestiones inter subsequentes hæc à Dd. acriter exagitata primum sibi vendicet locum; An filii familias de bonis Adventiciis, quorum plenum habent Dominium, permittente & consentiente quidem Patre, Testamenta conficere possint? Negativam tanquam potiozem Amplect:

Legis enim 12, tabell. Verba hæc sunt: Paterfamilias uti super pecunia Tutelave Legassit, ita Jus esto, Ergò non Filiusfam: 2. Textus singularis in L. Nemo, penult. C. Qui Testament. facer. poss. vel non, in versic. Nullo etenim modo, &c. adde L. Qui in potestate 6. ff. Qui Testament. facer. poss. § 1. Institut. Quib. non est permitt. facer. Testament. 3. Quia Testamenti factio Juris publici, Ergò nec privati. L. Testamenti factio. 3. ff. qui Testament. fac. poss. & ideò certis LL. ac observationibus est adstricta, ne sit Libera in potestate cujusvis. L. testandi 13. C. de Testament. 4. Testamentorum Jura per se firma sint, nec ex alieno dependeant arbitrio. argument. L. illa Institutio 32. ff. de heredib. Instituend. vid. Donell. 6. Commentar. Juris Civilis cap. 5. & 28. in fine. Fachin. 5. Controvers. c. 94. Vigil. ad princip. Tit. quib. non est permitt. facer.





Testament. n. 16. Schneidewin in Tit. Institut. de Donat. à princip. num. 11. Góddæus de contrahend. stipulat. cap. 7. Conclusion. 5. num. 48. Dissent. Treutler. part. 2. Disputat. 11. thes. 2. Wurmser libr. 1. practicar. observat. Tit. 39. observat. 16.

II.

*Exindè pullulat Quæstio : An in Testamento confirmando præcisè Annulus requiratur à testibus, quo id ipsum imprimatur, an saltem Signum aliquod certum sufficiat? Posterius vero similis & LL. magis consentaneum Arbitr.*

Modò Signum *κατασκευασθέν* & Imagines habeat. § sed cum paulatim Institut. de Testament. ordinand. L. hac consultissima 21. C. eod. L. Hac consultiss. 8. C. qui Testament. fac. poss. Signatio enim pendet ex fide Testantis, non ex materia vel forma Signi: Ideoque quomodo formatum vel quam materiam conflatum illud sit, nihil refert vel interest, argumento L. item veniunt 10. § petitionam 11. vers. à quo ff. de hereditat. petition. Donell. 6. Commentar. J. C. cap. 8. Wesenbec. ad § possunt autem Institut. de Testament. ordinand. Gothofred. in not. ad L. ad testium 22. § signum. 5. ff. qui testament. facer. poss. & ita sufficit Daß ein Testament mit gewöhnlichen Siegeln und Signeten bezeichnet werde. Dauth. ad d. L. ad Testium 22. n. 12. Dissent. gloss. ad sæpè dict. § 5. Hackelman. Illustr. Quæstion. Thes. 6. Disp. 16.

*Titius*





III.

*Titius moritur cum Testamento, in quo instituit quatuor Heredes, Patruum nimirum Filios, hac conditione; So einer vnter ihnen ohne Leibs Erben versterben würde / das solcher Theil auff die andern Erblich fallen / vnnnd denselben anerwachsen soll. Primus Heres moritur absq; Liberis, ceteri huic succedunt, Secundus moritur relicta Filia, Tertius moritur itidem absq; Liberis, Q. An huic Tertio relicta Filia cum Quarto equaliter succedat? N.*

*Illa siquidem voluntas Testatoris attendatur, quæ ex verbis colligi potest, aliàs spretâ voluntate verbis standum, Alexand. conf. 55. ponderatis his num. 8. volum. 3. Item quod voluntas Testatoris servanda sit, si transeat ad dispositionem, aliàs non. Alexand. d. Confil. 55. vol. 3. & confil. 202. viso themate. nu. 4. vol. 7. Ex his verò verbis Testatoris non potest colligi, quod Liberi Heredum hinc, cum cæteris succedant.*


IV.

*Quidam condens Testamentum solenne, sed uni vel alteri personæ vacuum aliquod reliquit, nihilq; addidit, & cum Testamentum hoc sapè perspexisset ac relegisset, Linteo-*

A 3

loq;





*loq̄, indidisset, coram Notario & Testibus  
perfectum declaravit, Adhuc tamen dubium  
incidit; Utrum Testamentum pro perfecto  
habendum? Affirm.*

Imperfectam rem quisquè non creditur agere, Aym. Cravett. conf. 985. n. 60. in fin. Ideoque in dubio non imperfectum, sed perfectum, & perfectè actum potius quid præsumitur, Idem Cravet. conf. 465. n. 6. cum primis in Testamentis, ubi voluntates Testantium plenius interpretandæ. L. in Testamentis 12. ff. de R. J. & hoc propter ultimum velle, L. 1. C. de SS. Eccles. Hic itaque sola duobus illis locis omissio Quantitatis, non est vitium neque indicium per se sufficienter arguens voluntatis imperfectionem, sed solummodò Legati, juxt. L. Triticum. 94. ff. de V. O. L. Legato generaliter 37. in princ. ff. de Legat. 1. Siquidem si ea quantitas non adjecta evidenti ratione nihil debetur, quia non apparet, quantum fuerit Legatum. L. si sic legatum. 75. § 1. de Legat. 1. Exindè quoad has duas personas tanquam omissas non subsistit Testamentum, in expressis verò, L. Jubemus. 29. vers. Quod si non fuerit observatum. C. de Testament.

V.

*Statuto cautum, ut in bonis constante  
Matrimonio utriusq̄ Conjugis peritià, Indu-  
strià, labore acquisitis, superstes post defuncti  
Conjugis mortem eorum bonorum dominus  
sit. Q. An Conjugib. adempta facultas liberè  
de ejusmodi bonis Testamento disponendi?*

Put.





Put. statutum hoc accipiendum esse de successione ab Intestato, nec pertinere ad eos conjuges qui Testamento condito moriuntur, propterea quia non solum id ipsum contra Jus Civile esset, verum dum parentes etiam à bonis constante matrimonio acquisitis excluderet, ad quos aliàs ratione miserationis luctuosa hæc Liberorum Hereditas deveniret, contra Jus pietatis. L. Liberi 28. C. de Inofficio. Testament. L. ult. C. de instit. & substitut. ferè in medio L. scripto Herede. 7. § ult. ff. undè Liberi § 1. & seqq. instit. ad S. Ctm. Tertyllian. add. notabil. L. Nam etsi parentibus. 15. ff. de inofficio. Testament. ubi textus elegantiss. quod *non minus* (turbato tamen ordine mortalitatis) Hereditas liberorum parentibus, quam parentum liberis *PIE* relinqui debeat, Imò statutum hoc bonis moribus repugnaret. Ruin. conf. 57. n. 1. Libr. 3. per text. L. 1. C. de SS. Eccl. & L. stipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O.

VI.

*Ardua questio, An Liberi ex Parente Nobili, Matre verò Ignobili, Et qua ante matrimonium Meretrix fuit, constante matrimonio pro Legitimis, (a) Et verè Nobilibus (b) habendi? Eos Et Legitimos Et Nobiles esse cens.*

De Matrimonio.

(a) Matrimonium enim cum Ancilla contractum subsistere, & liberos indè procreatos legitimos esse, si postea manumittatur, inquit Justinean. Novell. 78. ut liberi de cætero. §. & ita rebus, comprobatur hoc & Jure Canon. (quod hac in Matrimoniali causa magis attendendum c. ult. de secund. Nupt. c. Euphemium in fin. 2. quæst. 3. c. 1. in fin. de Consanguin. & Affinit.) c. Recur-

rat.





rat. 32. quæst. 4. ubi adducitur illud. Genes. cap. 21. Quod Filii Jacobi suscepti ex Ancilla possederint Regnum & Terram promissionis. add. c. ultimum 32. q. 1. c. inter. opera Extr. de Sponsalibus. (b) Fœmina statim post contractum matrimonium cum viro Nobili, Nobilitate ipsius condecoratur & Genere nobilitatur. L. ult. C. de Incol. libr. 10. L. Mulieres. 13. C. de Dignitatibus. libr. 12. Nov. 72. cap. 36. Alciat. in L. Familiæ. § 1. n. 6. ff. de V. S. vid. Gothofred. in not. ad d. l. 13. C. de dignitat. justè adferentem, Nobilem esse hunc qui Patre Nobili natus esset, Matre plebeia, quia Mater per Nuptias Nobilitatem adipisceretur: & contra.

VII.

*Utrum verò quoad Allodialia bona in Successione ab Intestato Agnati vel Cognati Patris, prefatis Liberis antepone[n]di? Neg.*

De Successione ab Intestato.

Quia in Quæstione proximè præcedenti dictum, hos Liberos legitimos, eamque appellationem mereri, sequitur indè iisdem eandem successionem deberi, quæ Legitimis debetur, Talia enim sunt subjecta qualia prædicata demonstrant aut permittunt. L. Si habitatio 10. § sed si sic. 2. ff. de Usu & habitatio. L. Fundum 3. in princip. ff. de Fund. instruct. § præterea in fin. Instit. de Inutil. stipulat. L. si defensor. 9. § qui interrogatus de Interrogator: action. Et quibus conceditur Antecedens, iisdem concedendum est & Consequens. L. cui Jurisdictio 2. ubi Dd. ff. de Jurisdict. L. 1. § 1. ff. Si ususfruct. petat. L. Tabularum 2. § inspectio. 5. ff. Quemadmo. Testament. aperi- ant. c. præterea de offic. & potestat. Judic. deleg. Nicol. Everh. in Loc. Legal. à concessio. Anteced. ad concessio- nem Consequentis. n. 1. & 2.

An





II X.

*An sepè dicti Liberi ad Feudalia Bona  
admittendi ?*

Quemadmodum in Allodialibus bonis quoad Pa-  
rentum successionem Liberi aliis omnibus præferuntur.  
§ Intestatorum Institut. de Hereditat. quæ ab Intestat.  
deferunt. § Sui, Instit. de Hered. qualitat. & different. L. i.  
ff. Quis ord. in possess. servet. Sic in Feudalibus idem ob-  
tinebit, c. i. in princip. de Succession. Feudi, c. i. § & quia  
vidimus, de his, qui Feud. dar. poss. c. i. in fin. In quib. caus.  
Feud. amittant. modò tales, quales appetit Jus Feudale.

I X.

*Unio prolium, à Titio & Seia conjugi-  
bus facta, Ita: ut Liberi Seia ex priori Ma-  
ritonati cum Nascituris hoc secundo Matri-  
monio in Bonis conjugum uniti esse deberent;  
Moritur Titius nullis ex Seia susceptis Libe-  
ris. Q. An hi Liberi adhuc Titio succedere  
valeant ?*

Vitrico Titio Eos adhuc succedere posse non du-  
bit. modò Unio vel Parificatio Prolium cum solennibus  
suis requisitis & consuetis sit inita Andr. Gail. 2. observat.  
125. n. 5. & seqq. aliàs utile per inutile vitaretur, quod fieri  
non debeat. c. utile de R. J. in 6. Dyn. Ibid. circa med. &  
cum nemo præsumatur voluisse Actum Eiusorium ac nul-  
lum, Ideoque ea semper debet fieri Interpretatio, ut Actus  
potius valeat, quàm ut pereat L. Divus, penult. in princ.

B

ff. de Us.





ff. de Us. & Habitat. L. si miles. 3. ff. de Testam. milit. L. Quotiens II. ff. de Reb. Dub. & Mens, quæ ut Anima dispositionis, potius attendenda, quàm verba, quæ ut corpus judicantur, Roland. à Vall. Consil. 72. n. 43. lib. I.

X.


De Matrimo-  
nio.

*Non minor Interpp. concertatio, si Ignorans vitiatam ac compressam pro casta atque Virgine in Matrimonium duxerit, an repudiari ab eo possit nec ne? Affirmare non Erubesc:*

Cum enim consensu Nuptiæ contrahantur L. Nuptias 30. ff. de R. J. sequitur ex natura contrariorum, nihil tam contrarium esse Nuptiis, quàm dissensum, Jam verò hic maximè dissensio. 2. Ad hoc facit Lex Divina, Deuter. 22. vers. 23. non modò hoc casu divortium permittens, sed quod severius est corruptam capitali supplicio jubet affici. 3. Joseph à Justitia commendatur, quod cum Maria Coniuge, quam ex alia prægnantem suspicabatur, divortium secretò constituisset. 4. Deficiente aliqua conditione matrimonii generaliter subintellecta, deficit conjugii promissio. c. Quemadmodum & ibi Panormit. n. 10. Extr. de Jurejur. Si itaque ulla conditio in promissione fidei conjugalis subintelligenda, rectè hanc Virginitatis conditionem intelligi debere, atq; hujus respectu fidem casti conjugii dari omnes saniores judicant. c. Cave 28. q. 1. c. Fœminæ 30. q. 5. Dolus alterutri parti impositus non modò contracti s. bonæ fidei annihilat. L. & eleganter. 7. princip. ff. de dol. mal. Sed etiam Matrimonia. c. Tua 26. in fin. Extr. de Sponsal. Novell. Leon. 93. Gothof. ad L. Alioquin. II. § 1. ff. de contrahend. Empt.

& L.





& L. ex Empto ii. § si quis 5. ff. de Action. Empt. & vend. Clariss. Dn. Præses disp. 15. Pandect. thes. 6. Schneidew. de Nupt. p. 4. n. 61. Maufer de Nupt. § Sunt & alia, Beust. part. 2. de Matrimon. c. 34. Dissent. Bronchorst. cap. 2. *ἐναρλοφ*: q. 17. Wurmser practicar. observat. tit. 36. observat. 3. n. 2.

XI.

*Filia renuncians Hereditati Paterna, Materna & Fraterna, Quia verò tres fratres, quorum unus furiosus, qui in Instrumento solenni Renunciationis, reliquis duobus nominatis, nominatenus non fuit expressus, Q. Utrum & huic à Filia prædicta quoad successionem fuit renunciatum?*

De Renunciationibus.

N. Quia Furiosus non renunciavit Hereditati Paternæ, nedum Maternæ, nec id ejus fecerunt Curatores, Proindè mansit bonorum Paternorum & Maternorum Heres, & quod non mutatur, cur stare prohibeatur. L. Sancimus. 27. C. de Testament. L. Præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. 2. Iste Furiosus tempore mortis Patris fuit successibilis, imo per existentiam Suitatis effectus erat Heres Patris, Ergò esse non desit per Regul. L. Ait prætor. 7. § sed quod Papinian. 10. de Minorib. L. Gallus 29. § & quid sit tantum. 5. de liber. & posthum. Et ita Hereditas ad proximos fuit transmissa. Inter quos reperitur & Soror, videlicet Filia anteposita. 3. Quia in Instrumento dicto, *Verzichtbrieff* non fuit facta mentio Furiosi, indè Transactiones sive Renunciationes non extendantur ad ea de quibus non fuit dictum aut cogitatum.







L. si de certa 31. C. de Transactionibus. L. licet. 2. C. de Judic.

XII.

*Berta renunciavit Hereditati Paterna, Materna, Fraterna, Conditione hac appositâ, Es wehre dann Sach / daß meines Vatern Manliche Leibz Erben keine Ehliche Manliche Leibz Erben hinter ihnen verlassen würden / vnd alle ohne Ehliche Manliche Leibz Erben abgiengen / So soll mir / etc. obbesagten / etc. vnd meinen Erben obgemeldte Verzicht keinen schaden fügen noch bringen ; Et cum quatuor adessent fratres, priores tres absq̄ Liberis mortui, moritur postmodum ultimus Frater relicta unica Filia, quam instituit Heredem Testamento. Q. An predicta Berta ad Bona renunciata adhuc habeat regressum?*

Affirm. Quia reservatio hæc per Bertam renunciationi annexa absque dubio fuit Juris conservativa. L. Et si quis 14. § plerique 8. de Religios. & sumpt. funer. &c. L. penult. de Aqua quotid. & Æstiv. c. Pontifices. 7. q. 1. c. Nihil cum Scandalo Extr. de præscript. Et talis Renunciatio inserta habet conditionem resolutivam per dictionem Si, vel Nisi, & wehre dann Sach etc. quo casu dicitur esse causa finalis qua cessante, cessat dispositio vel renunciatio, uti constat per Bart. in L. Si cum Filiusfam. 2.

in fin.



in fin. de Donationib. Dd. L. Solut. 2. § quod si in Patris  
solut. Matrimon. Jaf. in L. A. Titio in 2. Notab. de V. O.  
Quemadmodum & Statuta Filias Excludentia, censentur  
favore Masculorum excludere, ut si & quamdiu supersint  
non admittantur Fœminæ. Mynsing. conf. 97. n. 10. & 19.  
Corn. conf. 26. vol. 4. & conf. 291. per tot. vol. 4.

XIII.

*Antiqua & multoties divexata Quaestio; Duorum vel plurium Fratrum Filii, si soli sint, An Patruo in stirpes vel in capita succedant? Posterius Amplex.*

Quod enim non mutatur cur stare prohibeatur  
argument. L. Præcipimus. 32. in fin. C. de Appellationib.  
Jure autem ff. & C. statutum, ut Filii Fratrum quando soli  
reperi Hereditatem Patruo in capita dividerent. L. post  
Consanguineos. 2. § hæc hereditas. 2. ff. de suis & legitim.  
L. penult. & § 1. L. ult. C. de legitim. heredib. quod non  
correctum, Ergò. Cui inter Modernos adstipulatur Joh.  
Gödd. Inter Consil. Marpurg. vol. 3. Conf. 32. num. 258.  
Jure SAXONICO hic nulla Controversia, cum illud in  
Collateralibus Jus Repræsentationis non agnoscat, dicit  
enim simpliciter, Quanto propinquior cognatus, tanto  
proximior Heres, *Je näher dem Sip/je näher dem Er-  
be/ Artic. 3. libr. 1. Landrecht/ & Artic. 17. ejusd.*  
*ibi: Wann sich aber ein Erbe verschwistert/ &c.*  
& Benedict. Reinhard. different. 30. p. 1. Ludovic. Fachs.  
different. 25. Novissimo tamen JURE SAXONICO Jus  
Repræsentationis etiam aliquo modo comprobatur, ita  
ut Filii Fratrum, Patruum Magnum in hujusmodi succes-  
sione excludant. Constitut. Electoral. 18. p. 3. vers.

B iij

Stürbe





Stürbe dann ein Mann/ etc. Item in Feudis Filii Fratrum succedunt cum Patruo in stirpem. dict. Constit. Elector. 29. p. 3.

XIV.

*Controversia inter Fiscum & quosdam, qui prætendunt se esse cognatos defuncti, Cognationem verò aliter probare non possunt, quàm Testibus, qui sciunt defunctum dum viveret eos cum privatim tum publicè pro Cognatis suis agnovisse, daß er/ (defunctus sc.) sie so Schrift: so Mündlich seine liebe Vettern genennet / also tractieret / vnd dafür gehalten.*

*Q. Utrius partis Jus pinguius?*

Pro Cognatis conclud. Consanguinitas enim est de his quæ in JURE nostro censentur esse probationis difficilis, ex Pauli Jcti responso in L. Lucius Titius 83. ff. de Condition. & demonstration. testatur Mascard. de probation. conclus. 40. n. 1. vol. I. Menoch. de arbitrar. Judic. Quæstion. casu 475. n. II. In his autem quæ probationis sunt difficilis, traditum est probationes admitti per præsumptiones, Indicia & conjecturas Bart. L. de pupillo §. § si quis ff. de oper. nov. nunciation. Gail. 2. observat. practic. 93. n. 18. Et licet hîc singula per se considerata non profint, multa tamen jvant, ut sunt, Nominatio, Tractatus, & Communis opinio, Quæ omnia utiq; simul juncta sufficere debeant. text, L. Excipiuntur 14. ff. Ad Scm Syllanian. L. Spadonem. 15. § qui Jura. II. ff. de Excusat. Tutor. aliàs etiam generaliter receptum esse, ut ex

tractatu,





tractatu, quasi possessio JURIS istius, in quo quis pro tali tractatus est, allegari atque colligi possit, attestatur. Oldrad. Consil. 244. & Consil. 254. n. 5. & in terminis Jas. L. Neque professio 5. C. de Testament.

XV.

*Inter Senatum & Populum Civitatis Superiorem recognoscentis, convenit, ut singuli Cives per triennium de Cerevisia venali certum quid in publicum contribuerent; Q. Utrum hac conventio sine consensu superioris valeat?*

De Con-  
ventioni-  
bus.

Subsistit hæc conventio & consensus publicus ex L. Final. ff. de Colleg. & corporib. ubi Cajus, SODALES (*inquit*) sunt qui ejusdem collegii sunt, quos Græci *ἐταίροι* vocant, his autem potestatem Lex facit pactionem quam velint sibi ferre dum ne quid ex Lege publica corrumpant.

Hæc verba de sodalibus & collegiis dicta, qua ratione de Civitatibus quoque aliisque rebus publicis intelligenda non sint, non vid. cum idem Juris in toto quod in parte L. Si servus. 66. in fin. de acquir. vel amittend. hereditat.

XVI.

*Ex prædicta Conventione evenit, ut cerevisia in Cauponis carius veneat; Q. An Nobiles & Rustici vicini rectè hac de re*

conque-





*conqueri possint, quoad interesse?*

Eos conqueri non posse Autum. etiamsi quid Incommodi persentiscant, cum non sufficiat. (ut exemplo perlustretur hæc Quæstio) occisum esse servum, sed oportet, id injuriâ esse factum, L. si servus servavè. 3. ff. Ad L. Aquil. Idem traditur L. Fistulam. 19. ff. de Servitutib. Urbanor. prædior. L. Fluminum. 24. § final. de Damn. Infect. & secundum id de facto consulti responderunt Ancharan. consil. ii. Incip. *Factum super quo &c.* & Consil. 155. Incip. *Optimis rationibus &c.* Joann. Ferrar. inter Consil. Marpurg. vol. i. cons. i. incip. *Inter Senatum & Civitatem.* per totum.

XVII.

*Venditur via, quæ eò commodius Emptor extra Forestum vehiculis pervenire possit; Q. An Dumetum quod est circa eam viam, Das Gebüsch oder Gesträuch so am selbigen Wege gewachsen / oder noch wachsen möchte / venditum videatur. Neg. ad stipul.*

Quia via fuit vendita, nec Dumetum, & verba Contractuum aliàs strictè Interpretanda, L. Si Domus. 21. ff. de Servitutib. prædior. Urbanor. Dd. in L. postquam Liti. 4. C. de pact. Imò ea quæ notabiliter fiunt vel speciali notâ digna, quando non exprimuntur, quasi neglecta videntur. L. Item apud Labeonem. 15. § hoc Edictum. 26. de Injur. L. Ligni appellatio. 55. § Ofilius. 4. ff. de Legat. i. L. Carbonum. 167. in princip. ff. de V. S. L. Eos qui 3. C. de Aquæduct. libr. ii. Nec contractus extendatur ad ea, de quibus nunquam fuit dictum aut cogitatum.

argum.





argument. L. Si de certa. 31. C. de Transactionib. I. Licet.  
2. C. de Judic. Gloss. in c. cum inter. Extr. de Renunciat.  
Cum Actus agentium non operentur ultra Intentionem  
eorum. L. Non omnis. 19. in princip. ff. Si cert. petat. L.  
Obligationum. 3. § ult. ff. de O. & A.

XIIX.

*Quidam emit à Civitate quadam cum  
pacto de retrovendendo annuò 25. Florenos  
aureos Rhenenses, & solvit summam capita-  
lem in aureis Florenis, nim. 500. Sed in  
obligatione reperitur clausula hujusmodi;  
Doch daß ein jeder derselben Gùlden mit sechs  
gängen Marckhen vergnüget werden könne.  
Jam per aliquot annos census annuus per  
Marcas solvebatur, cum verò Marca  
postmodum deterioris conditionis facta; Q.  
An Emptor vel Cessionarius tales Marcas  
currentes accipere cogatur? Neg.*

Florenus in Auro expressim venditus ac si aliàs sim-  
pliciter Floreni Rhenenses essent obligationi inserti, nec  
addito alio, Locivè Consuetudine diversa non probante,  
tunc Aurum in Auro importarent, siquidem non modò  
in Ordinatione, sed etiam in aliis contractibus receptum,  
ut quoties in illis mentio fit aurei, maximè Rhenensis, in-  
telligatur Aureus quindecim Baziorum, sive sexaginta  
Crucigerorum; Si tamen verbù; Gold od Goldgùlden

C

adjicere-







adjiceretur, Aureus justı ponderis in auro solvendus esset, præsertim si injuncta illa vulgaris & clausula solita; **Gut von Gold vnd schwer von Gewicht / vel Rechtsgewegener oder vollwichtiger vnverbotener / Wolgültiger Rheinischer Goldgülden /** Et ita Camera Imperial. observat. Cui convenit Constitut. Electoral. Ibi: **Diemeil aber vor Alters der Goldgülden auff einen Gülden Münz geschlagen / so ist man hies rinnen etnig / das solche Wörter Rheinische Gülden / da sie bloß allein vnd ohne das Wort / Goldt / gesetzt vor einen Gülden Münz / Wie dieselbig damals würdig gewesen / zuvorstehen / dabey es dan billich bleibet.** Constit. 29. part. 2. Subjecta verò solutio hinc Marcarum alio nullo Effectu, quam quod esset facilior, & Reis commodior, cum Aurei fortè Empti difficilıus haberi, monetã autem currens sine dubio semper ad manum esse possit; Indè quandò aliqua Moneta est in solutione nec obligatione, tunc ejus augmentum & diminutio cedit commodo & incommodo Debitoris. Bart. in L. Paulus 101. ff. de Solutionib. cujus sententiam Brunus in Tractat. de Augment. Monet. 8. Limitat. ad fin. dicit esse verioreme & magis communem.

XIX.

*Fidejussor qui se debitorem principalem constituit, Als selbst Schuldener / non inconvenienter Quer. An Excussionis vel Ordinis Beneficio gaudeat?*

Licet Negativam magnæ Authoritatis Viri strenuè propugnent, Natta consil. 52. n. 1. cum seqq. volum. 1.

Incip.







Incip. *ut ostendatur &c.* per Text. *L. Reos. ii. ff. de duob. Reis constituend. Fachinæ. libr. 8. Controvers. cap. 56. Andr. Gail. libr. 2. observat. 28. n. 6. Johan. Borchold. in Commentar. Institut § Si quid ante, de Fidejussor. & alii, Quibus ferè adstipulatur Constitut. Elect. const. 18. p. 2. Affirmativa tamen JURIS magis consona, quia hoc Beneficium introductum in merum favorem Fidejussorum, Ergò illud perpetuò retinent, nisi expressè ei renunciaverint, Undè Angel. ad § si plures. in fin. Institut. de Fidejussorib. subjicit Notarios debere esse cautos ut semper exprimant, Fidejussorem renunciassè Beneficio Authentic. Præsente &c. Epistolæ Divi Hadriani, & omnium Legum & Jurium auxilio, Atquè hanc sententiam velut veriore & æquiore probant pleriquè Interpp. Guid. Pap. singular. 604. n. 2. & decision. 570. n. 6. Matthias Cöler. de Processib. Executiv. p. i. c. 10. n. 255. Ernest. Cothman Respons. 22. per tot. Schneidew. in § si plures. n. 11. & seqq. Ibi què Gothofr. de Fidejuss. Hackelm. Illust. quæst. Disp. 22. Thes. 18. Lit. E.*

XX.

*Questio confragosa, An Comes, Baro, vel Nobilis Judæos è suis Territoriis expellere possint? Neg.*

De Judæorum Expulsionem.

c. Etsi Judæos, c. Judæi, c. Consuluit, bonus text. c. Sicut, Extr. de Judæ. *L. Christianis 6. C. de pagan. & Sacrific. L. Nullus. 14. C. de Judæ. JURE* siquidem Romanorum vivunt. *L. Judæi. 8. C. eod. C. Secus JURE Saxonico, ubi multa specialia cum JURE Civili discordantia reperiuntur, cum primis Art. 7. libr. 3. Landrech / Ibi: Was aber der Jüde anders dinges kauftet oder zu Pfande*

C ij

nimbt/





nimbt / vnverholen vnd vnverstolen / bey dem Tages  
Licht / vnd nicht in beschlossenen Häusern / vnd mag  
er das gezeugen selb dritte / er behelt seine Pfennige dar-  
an / die er darumb gab / oder darauff liehe / vnd den Kos-  
ten mit seinem Eid / ob es wol gestolen ist / Gebriecht  
es jme aber an den Gezeugen / er verleurt seine Pfennige /  
Et Gloss. ad prædict. Articul. recenset duodecim discrimi-  
nationes inter Christianos & Judæos JURE SAXONI-  
co à Jcto notandas, ibiquè subnectit quod Judæi jura-  
mento se non possint purgare, vel eo victoriam obtinere,  
quo ceteri Saxones. Quibusdam etiam placet Judæos  
aliàs juramentis præstandis se sistere debere super cutem  
Suillam, daß sie auff eine Schweinshaut treten sollen /  
quod tamen falsum est, Jurent namquè suo modo. c. mo-  
vet te 22. q. 1. quâ ratione fiat, id ipsum in CAMERA Ele-  
ganter demonstratur. part. 1. Ordinat. Camer. Tit. ult.  
plerumquè etiam hanc Formulam in præstando à Judæo  
Juramento annotandam esse traditur à Dd. Der Jüd soll  
schweren bey dem lebendigen Gott / der Himmel vnd  
Erden geschaffen hat / vnd wo er vnrecht schwere / daß  
er vermaledenet werde / vnd ihn die Erde verschlucke /  
wie Dathan vnd Abiron / vnd dz seine Frau / ein Wite-  
frau / vnd seine Kinder Waisen werden / Postea acce-  
dat Judæus ad Judicem, & ponat manum dextram vel si-  
nistram super caput non discoopertum, sed coopertum,  
Pileo vel Bireto suo, & Judex ei dicat, ita juras &c. Et  
ipse respondeat, Sic Juro. Amen. Atquè ita practica-  
tum fuisse in Consistorio Principis Palatini, Testis est  
Wurmser. practic. observat. Tit. 14. observat. 6.) Hinc  
Judæi tanquam homines naturæ & cœli favoribus adjuti,  
Legum Scriptarum ac Principum Clementiâ non indigni  
videantur, inquit Marc. Anton. Peregrin. Conf. 105.

incip.





incip. *Ex causa processus*. n. 3. libr. 3. nec possunt expelli Alexand. conf. 99. incip. *Visa inquisitione*. n. 14. & seqq. vol. 6. Roland. à Vall. conf. 25. n. 1. usque ad n. 34. libr. 3. Anton. Quetta. conf. 54. n. 12. Et verè concluditur quod Hæretici sint deterioris conditionis quam Judæi, quia hi Synagogas habere & eorum Religionem exercere possunt. *L. Die Sabbathi*. 13. *C. de Judæ. c. Judæi*. 3. Extr. eod. Illis prohibetur. *L. Cuncti Hæretici*. 3. *C. de Hæretic. Elegantiior Text. L. Nullus Hæreticis*. 2. *C. de Summa Trinitat. Indè Cyn. & Bald. Judæi nituntur primordio veritatis. Ideò etiam tolerandi, argt. L. cum filius*. 76. § heres. 3. ff. de Legat. 2. quia & ipsi secundum Theologos nostros memoria maximi fundamenti Fidei nostræ. Undè Augustin. sup. Psalm. 40. Judæi tanquam Capfarii vel Thesaurarii nostri, nobis serviunt, quia per eorum Codices alios infideles convincimus; Item Gregorius in Homilia Innoc. assignat aliam rationem, Quia in Lege cavetur, quod in fine seculi illuminabuntur & Reliquiæ Israël salvæ erunt, quod non fieret, si licitum esset Regibus & Principibus, Eos de toto orbe expellere. Boni itaque Rectores studeant peccantes ab Erroris laqueo magis eruere, quam per Austeritatem in Foveam perditionis propellere, Oldrad. Conf. 264. Matth. de Afflict. in quæstion. Neopolit. in verb. usurariorum. n. 30.

X XI.

*In dubium vocatur, An coram Judice  
Seculari processus, Acta & Testes ibi exami-  
nati, Fidem faciant in Judicio coram Judice  
Ecclesiastico in causa Legitimitatis principali-  
ter intentata?*

De Pro-  
cessu.

C 3

Affirm.





Affirm. cum cognoscitur super incidenti per modum causæ, non pronunciatum super eo, sed super principali, puta Hereditate, ut est text: express. *L. Adite i. C. de Ordin. Judic.* & ea de re hujusmodi sententia non facit Jus super incidenti ad alium finem cognito. Bald. Auth. ad hoc *C. de Latin. Libertat. tollend.* Eapropter si succumbens principaliter illud incidens, puta, Illegitimitatis deducat coram iudice Ecclesiastico, non obstabit sibi Exceptio Rei iudicatæ. *L. Cum quaritur 12. cum duab. seqq. & L. Cum de hoc 27. in princip. ff. de Except. Rei iudicat. c. 2. de Restit. spoliator.* Verbi causa; Agens ad fructus fundi sive ad partem Ancillæ si excludatur non propterea sibi præcluditur facultas petendi Ancillam vel fundum, ut videre licet *L. Si quis cum totum 7. Ibi. Item si quis fundum in fin. princip. & § 1. l. Et an eadem 14. § qui cum partem 1. & § final. ff. d. t. de Except. Rei iud.* Favet etiam hic imprimis opportuna provisio, ne detur occasio subornationi, postquam primæ Attestationes fortassis sint publicatæ, & ita didicita testificata, imò novi recipi possent Articuli, & Testes super eisdem examinari vel de directò contrariis, contra Text. apert. & ibi omnes Dd. communi calculo in *c. Fraternalitatis de Testib. & in Clement. 2. c. ult. eod.* Et quod Attestationes in præsentis facti specie in iudicio seculari plenariæ receptæ fidem faciant in iudicio Legitimitatis coram iudice Eccles. placuit Innoc. in *c. Lator, Qui filii sunt Legitim. cui ibid. ad stipulatur.* Cardinal. Zabarell. n. 5.

XXII.

*Mandata sine Clausula in CAMERA Imperiali totà die extrahuntur; Q. An Subditis contra Magistratum decernenda?*

Etiam si





Etiamsi simpliciter non decernenda, nec debeat esse facilis in decernendis hujusmodi Mandatis Judex, præsertim ad instantiam Subditorum contra Dominos, ne fiducia talium Mandatorum fiant contumaces & Refractarii & quia aliàs in dubio præsumptio pro Magistratu. *L. ul. C. de Offic. Civil. judic. ibi quod non arbitramur, & in c. in præsentia de Renunciat. c. Sicut nobis in fin. de sentent. & Re jud. tùm ne Subditi adversus Magistratus suos armentur, nec ad majorem inobedientiam fiducià, uti dictum, Mandatorum invitentur. And. Gail. lib. 1. observ. 17. n. 6. Magnà tamen suadente causâ, eaque ex Narratis apparente decernuntur, præsertim super facto quod Nullo Jure justificari potest. Ordinat. Cam. Tit. 23. part. 2. Ibi. Und wo dieselbig begangen / auch ohne einige weitere Erkântnis für Straffwürdig oder vnrechtmessig zuhalten. Injustitia n. Dominorum facit vacillare corda Fidelium. Roland. à Vall. conf. 40. n. 35. vol. 4.*

XXIII.

*Inter Numerum Mandatorum Quatuor Causarum, Auff die vier Fälle gericht / Quidam referunt id, quod est pignorationis; Indè si Poma, Pyra, Glandes, &c. In fundo controverso pignorantur; Q. An ideò ex Constitutione pignorationis Mandata decernenda sint? Disting.*

In Supplicatione & Impetratione hujus Mandati vel referatur vel coloretur inter alia requisita *Rem Tertiam & Innocentem* ablatam fuisse. And. Gail. lib. 1. obser. 8. n. 2. & libr. singul. de pignorat. n. 8. Petr. Frid. Mindan. lib. 2.

de Mand.





de Mandat. Judic. cap. ii. Quapropter si Fructus, ut Poma, Pyra, Fruges, & alia sint juris controversi Mandata hinc non decernuntur; Sin autem Fructus illi cum jure Controverso nihil habeant commune, ut si propter Jus Lignandi, Glandes aliive fructus Sylvestres auferuntur, tanquam pro Re Tertia & Innocente ablata ex Constitutione Pignorationis Mandata extrahi posse certum est, Et ita stylus Camerae observat.

XXIV.

*Electores, Principes, & Principali Eminentia Constitutos coram Judice Ordinationis vel Austrägis in prima instantia conveniendos esse JURIS notissimi, sed quando Commissarius ante Litis decisionem moritur, An Actor ex tribus presentatis Electoribus vel Principib. alium eligere debeat Quæritur?*

Non pauci ejusdem reperiuntur opinionis, quod defuncto tali approbato Commissario sive ante sive post Litis contestationem, universi Processus devolvi debeant ad Principem successorem, nisi obstarent Legitima Appellationis gravamina. Decius in L. More. 5. n. 10. & 14. & ibi Jaf. n. 18. ff. de Jurisd. Ratio, quia in Eo radicata Jurisdictio diceretur, quod maxime procederet quando delegatio facta esset, sub nomine Dignitatis. text. in L. Annua. 20. § 1. de Ann. Legat. Menoch. arbitr. Jud. quæst. 68. lib. 1. Ratio rationis quia ubi iudicium coeptum, ibi etiam finiri debeat, 2dum vulg. His verò non attentis contrarium videtur verius, Eligendum nimirum esse alium Electorem vel Principem, propter verba Ordinationis

perspicua.





perspicua & dubium hoc terminantia. vers. Und ob der  
erforne Commissarius abgieng / ehe die Sache zum  
End fehme / part. 2. Ordinat. Camer. Tit. 2.

XXV.

*Titii intentio ut Cajum interficere ve-  
lit, Sempronium errore interficit, non exigua  
inter Dd. gliscit concertatio; An Titio pœna  
L. Cornelia de Siccariis irroganda?*

De Crimi-  
nalibus.

Affirmantes seq. per L. scientiam. 45. § ult. ff. ad L.  
Aquil. Text. eleg. L. Eum qui. 18. § Si injuria. 3. ff. de Inj.  
L. Quoniam multa. 6. C. ad L. Jul. de vi public. vel privat.  
L. Si quis servo. 20. C. de Furt. & serv. corrupt. Quoni-  
am habuit animum hominem occidendi, licet non eum,  
quem interfecerit, Unde Cicero perpulcre & eleganter  
ad Trebatium; *Telum jacere voluntatis est, ferire quem volue-  
ris Fortune*, Huic etiam concordat Jus Divinum, Deuter.  
cap. 19. vers. 19. Ibi, *Reddes illi sicut Fratri suo facere cogita-  
vit, & auferes malum de medio Tui, ut audientes cœteri timorem  
habeant, & nequaquam talia facere audeant.*

XXVI.

*Nonnunquam contingit, ut Fur rupto  
Laqueo de patibulo cadat; Quæstio satis ar-  
dua, An Jure adhuc suspendi possit?*

E vestigio iterum minimè suspendendus, siquidem  
Jure nostro hæc quæstio non comprehensa, Ergò in dubio  
relinquitur; At in dubiis benignior Interpretatio arripi-  
enda. L. semper in dubiis. 56. ff. d. R. J. præsertim in cau-  
sis pœnalibus. L. Factum. 155. § ult. ff. eod. Benignior. a.

D

hæc,





hæc, ut Reus, nisi debitum omninò notorium, absolva-  
tur, quam ut condemnetur. arg. L. Arrianus. 47. ff. de  
Action. & obligat. Sint itaq; Judices perspicaces & cogi-  
tent (quandò nimirùm aliquem supplicio extremo tra-  
dere volunt) non de Glande legenda, non de Oleo, Vino  
aut Tritico Legato agi, sed de Hominis vita & existima-  
tione, ibi si erratur jactura est exigua, *hic major esse nequit.*

XXVII.

*Apuella, damnatus ad patibulum vel  
Reus mortis, in Matrimonium petitur, du-  
bitabilis Quæstio; utrum liberari possit?*

Neg. Reipubl. enim interest, ne maneat delicta  
impunita. L. Congruit. 13. in princip. ff. de Offic. præsid.  
L. Ita vulneratus. 51. ferè in fin. ff. ad L. Aquil. L. Nemo de-  
inceps. 3. C. de Episcop. Audient. Et ut provincia malis  
hominibus purgetur. argu. Auth. C. ubi de criminib. ag.  
oport. cum primis quandò Reo præstituta pœna JURE  
Divino. Exod. cap. 21. Levit. c. 24. Deut. c. 19. Matth. c. 5.  
Nam ut loquitur Paul. de Castr. *Sanctissimum est Officium si  
fiat Justitia de criminosis, nec victima mactari DEO potest pin-  
guior, quam homo sceleratus, secundum Senecam, Gomez.  
variar. Resolut. 3. cap. 13. n. 37. Schneidew. Instit. de his  
qui sui vel alien. Jur. sub n. 8. & ult.*

XXIII.

De Feudis.

*In Investitura Filiarum fit mentio, Ita:  
Daß als dann die obgenandte Lehen/ etc. nicht  
zu rück verfallen/ sondern die Töchter/ so seines  
(acquirentis) Stams vnd von ihme oder seiner  
Linien herkommen/erben sollen; Q. An sub hac  
Appella-*



*Appellatione etiã Neptes intelligantur? Aff.*

Licet Fœminæ à Feudi successione regulariter excludantur. c. 1. § filia. de success. Feud. c. 1. § 2. vers. profectò. de L. Corradi; singulari tamen provisione succedunt. c. 1. Quemadm. Feud. ad Filium pertin. c. 1. in fin. ibi: *Propter tenorem Investiturae insertum*, de duob. Fratrib. à Capitan. investit. ubi Bald. dicit, Nota egregium Textum, quod *tenor Investiturae, derogat omni Feudorum natura*. Jam præsumptio JURIS quâ unusquisq; præsumitur sibi ac Heredibus suis prospexisse. d. c. 1. de duob. Fratrib. Nec decedit sine Filiabus qui reliquit Neptes ex Filia, Socin. Consil. 49. n. 9. volum. 1. Schurff. Consil. 98. n. 9. prim. Cent. Ideò non minus causa verborum, quam verba ipsa spectanda sunt, secund. Modest. Pist. consil. 36. n. 39. vol. 2.

XXIX.

*Feudum acceptum pro Se, Heredibus Masculis & Fœminis, taliter; Dasß Er vnd seine Manliche Leibs Erben / vnd da er die nicht verlassen / als dann vnd nicht ehe / seine Töchter / oder derselben Leibs Erben etc. solche Lehen haben solten / in welchem Fall gleichwol die Söhne den Töchtern allezeit vorgehen etc.*  
*Q. Utrum Masculi ex Filia suscepti in successione Feudi, tam Matrem, quam Conso- brinas alias excludant? N.*

Etenim ordo Scripturæ denotat affectionem disponentis, ita quidem, ut primò nominatus in ordine Scripturæ prædilectus videatur. L. Quoties. 34. in princ. ff. de usufr.

L. Publius





L. Publius Mævius. 36. § 1. ff. de condition. & demonstration. L. Heredes mei. 57. § peto ult. ff. ad SCtm. Trebelli. Et in specie, quod ordo Scripturæ sit attendendus, ut primò nominati prædilecti censeantur, & postea nominati in subsidium priorum vocati dicuntur, expressè tradit. Dec. consil. 440. n. 4. Itemq; Wesemb. consil. 41. n. 70. & seqq. Jam in *Investitura* cujus Tenor aliàs accuratè observandus est, veluti præter alios docet Roland. à Vall. Consil. 71. n. 4. & consil. 97. n. 17. vol. 2. Filia prænominatæ & ipsarum heredes postpositæ. Erg.

XXX.

*Questionum harum Controversarum Coronidem quasi imponat elegantissima hæc, Si Titio & Sempronio pro Se & suis Heredib. Feudalibus Pagus per simultaneam Investituram à Principe datus cum hac clausula, Samptlich vnd cinem jeden insonderheit / etc. Q. An prole alterutrius Mascula cessante pars Feudi, ad Dominum redeat?*

Ad Alterum simul Investitum eam pertinere verius, Quia dictio distributiva Quilibet, tribuit unicuiq; Actum in solidum. L. Non distinguemus. 32. § cum in plures. 13. ubi Bart. ff. de Recept. qui arbitrium. L. Si plurib. 33. ubi Bart. & Imol. ff. de Leg. 1. Ruin. consil. 67. n. 4. l. 1. Rol. à Vall. consil. 70. n. 42. lib. 3. Et natura distributivi est, ut singuli, qui ea comprehenduntur, habeantur pro expressis & nominatis. Paris. consil. 49. n. 6. allegans text. L. fin. C. de Impub. & aliis substir. & in specie hïc Caheran. decision. 23. n. 11. Curt. part. 2. § tertia principalis dubitatio ver.

Quartò signanter limita, de Feud.



X2617642

1017











B.I.G.

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

1611, 2

29

16

u.

Controversarum.

E X

CIVILI,

, ET FEUDALI

ptarum,

ES TRES.

VAS

O GUBERNANTE,

ssu Nobilissimi Jctorum

ENENSIS Florentissima,

IDENTE

onsultissimo Viro,

CO ARUMÆO,

Academiæ Salanæ cele-

sterii ibidem Provincialis &

essore dignissimo.

LICE

ia propugnabit

S ILMENSIS, THUR:

M Auditorio.

21. Junii.

VVeidneriano. 1611.



*Handwritten text:* ...so juoni, Johann Luber ...  
berga ...

